

vngues amittunt. set bestie nate in illa contrata herbam illam agnoscunt quare eam euitant ab esu. homines de fructibus terre & eorum bestijs uitam ducunt & mercimonijs non utuntur prouincia tota sana est & gentes sunt brune/

Camptonio est quedam ciuitas que capud est prouincie tangut ciuitas est magna ualde & nobilis totique prouincie dominatur gentes eius adorant ydola. *ydolatri scilicet xristiani & macometani habent*
aliqui legem macometi obseruant & aliqui sunt etiam xristiani. qui in dicta ciuitate iij habent ecclesias magnas & pulcras adorantes uero ydola secundum *multa monasteria & abbatias in quibus sunt*
eorum consuetudines multa habent monasteria & abbatias quamplures habent *multitudines ydolorum*
^{17v°} etiam multitudinem ydolorum quorum aliqua lignea aliqua terrea| aliqua uero *aliqua lignea terrea &*
lapidea desuper auro coperta & artificiosa ualde maiora quidem quorum aliqua *lapidea*
bene sunt mensure passuum .x. iacent extensa. religiosi igitur ydolatres magis honeste secundum se uiuunt quam alij. nam a certis se abstinent uidelicet a luxuria & alijs inhonestis licet luxuriam non reputent magnum fore peccatum. nam hec est eorum conscientia ut si mulier eos amore requirat possunt cum ea absque peccato coire si uero ipsi primo mulierem requirant tunc reputant ad peccatum Ex ipsis aliqui ob reuerentiam & deuotionem toto eorum tempore cibo carniū non *isti non uescuntur cibo*
uescuntur. seculares equidem usque xxx uxores accipiunt & plures & pauciores *carniū toto eorum tem-*
secundum quod eorum posse requirit homines uero mulieribus dant in dotes *pore*
bestias seruos & peccuniam set prior uxor semper locum tenet maioris & si uident quod earum aliqua non bene se gerat/ aut eis non placeat ipsas posunt expelere & de eis facere quicquid uolunt/ Jttem in uxores accipiunt consanguineas & nouercas & quam plura mortalia peccata apud eos peccata non imputant & uiuunt quasi moribus bestiarum/—

Cum ab ista ciuitate disceditur & equitatur per xij dietas quedam ciuitas inuenitur nomine azina in capite deserti de arena uersus tramontanam & continentur sub prouincia Tangut gentes ipsius ydola colunt camelos habent & bestias multas *ydola adorant*
In ea inueniuntur falcones laneri & sacri multi & ualde boni homines uiuunt
^{18r°} de fructibus terre in hac ciuitate transeuntes uiatores| uictualia pro xl diebus asumunt quia transeunt pro quoddam desertum xl dietis ubi nulla habitatio inuenitur/

Caracoron est quedam ciuitas que in circuitu durat per tria miliaria & fuit primus locus ad quem antiquitus tartari se primitus reduxerunt ciuitas uero circumualata est ualo forti quoniam lapidum non habent copiam/
Cum uero a dicta prouincia campcio disceditur. itur per .v. dietas in quibus sunt multi spiritus fantastici qui quampluries loqui audiuntur in nocte & in capite .v. dietarum uersus leuantem inuenitur quoddam regnum nomine erguiul(?) quod est subditum magno can & continetur sub prouincia de tangut in quo quidem regno sunt alia plura regna. gentes cuius sunt ydolla adorantes. aliqui sunt *adorant ydola sunt hic*
xpistiani turchi secundum legem nestoriam & aliqui machometi legem obseruant *xristiani secundum legem*